

passionis, neque in aliis locis, in quibus
firmentio maris, & fratum Domini;
quod aperie indicat, Joseph temporibus
illis fuisse mortuum; aliter si vixisset, fuisse
cum Virgine nominatus, sicut, quando
vivebat nominabatur. Ceterum Joseph ante trigesimum Christi annum fuisse
mortuum, doct Epiphanius haeres. 78.
quem sequuntur Vincentius serm. de
S. Joseph, Petrus Comestor cap. 38. sive
histor., aliquae plurimi.

Ad V. Non adhibet Scriptura vocem, quando Joseph vocat filium Mariæ, quam
usurpat, quando vocat Christum filium Joseph. De hoc enim dicit: putabatur fi-
lius Joseph, sed non dicit de Joseph, quod
putabatur Sponsus, vir, conjux, maritus
Mariæ, sed absolute cum Mariæ virum,
& Mariam Josephi uxorem appellant. Ad-
dimus ex Scry: „Matrimonium, ratio-
ne coijs vir, & uxor evadunt aliqui, res
erat apud Judæos publicæ solemnitas:
adeoque fieri omnino non poterat, ut
quis in sua falete Patria alterius vir com-
muniter diceretur, qui talis reipsa non
esset: copula vero conjugalis, ratione
cujus alter alterius pater evadit, occulta,
secretaque res est, quæ in vulgi oculos
non incurrit: atque adeo de facili acci-
dit, ut quis alterius pater filius, tametsi
re ipsa non sit. Potuit ergo Christus Jo-
sephi filius etiam in Patria credi, qui ta-
men re ipsa non erat; minime ramen-
Maria vir credi poruisset Josephus, & vi-
cissim Josephi conjux aeternari Maria, si
tales matrimonii celebratione non es-
sent. Certe ut Christum Josephi filium
crederent Judæi, externa rei specie duce-
bantur; quod nempe Mariæ uxoris ipsius
filius esset; nulla tamen externa rei spe-
cie capi poterant, ut Josephum Mariæ
virum crederent, nisi talis re ipsa fuisse,
Quænam enim haec, togo vos? Porre quia
cohabitabant? At nec id quidem singi-
potest; cum nec honestas passa esset, ut
cohabitarent, si matrimonio juncti non
fuissem. Julianus idem suffugium queren-
ti, & Evangelistam ex vulgi opinione lo-
quutum effuerint, dum Mariam Josephi
uxorem, & conjugem dixit, arguta ob-
servacione occurrit S. Augustinus lib. 5.
contra Julianum cap. 12. Hoc putemus
Evangeliam facere potuisse, cum vel su-
el cuiuslibet alterius hominis verba narrar-
ret, ut secundum opinionem populi loquere-
tur. Nunquid, & Angelus loquens unus ad
unum contra conscientiam suam, & ipsius,
cui loquebatur, secundum opinionem potius,

„quam secundum veritatem fuerat; cui & di-
xit, noli timere, accipere Mariam conjugem
tuam. „

Ad VI. Titulus & nomen non destruunt ve-
ritatem rei, immo magis confirmant:
quum portus dicatur, vel injuste aliquem
retinere aliquid, vel falso sibi adscribere
si sine titulo possideat, & sine nomine
adscribat. Admisso igitur, quod aliqui
Patres dixerint, B. Joseph fuisse datum
vel sociatum, vel unitum cum B. Virgine
Deipara Desponsationis nomine, non
per hoc fit, quod verus ejus non fuerit
Sponsus. Quod præcipue pater ex verbis
ipsiusme Gregorii Nysseni, quas supra
cum Baronio recitavimus, in quibus vere
dicitur, quod divinitas incidit consilium, ut
darent eam uidam viro nomine desponsatio-
nis; sed in subsequenti dicitur etiam: In-
venient est igitur Joseph talis, qualem ratio
consilii requirebat, ex eadem cum Virgine
familia, & Tribu: Iisque de consilio sacerdo-
tum sibi pueram despontet; conjunctio autem
non ultra sponsalia progediebatur. En-
igitur, quod idem Joseph, cui data est
Maria nomine desponsationis, sibi ean-
dem de Sacerdotum consilio, desponsa-
vit.

Ad VII. Verbum traducere melius explicatur
per diffamare in publicum, quam per
traductionem in domum, ut ait Angelus
; qui subiit, quod quanvis B. Virgo
eset a B. Joseph domi habita propter pri-
mam desponsationis fidem, nondum tam-
amen intervenerat solemnis celebratio
nuppiarum. Quod probat ex Chrysostomo
homil. 4. in Matth. super illud. Ante-
quam convolarent &c. addens: Unde si-
cet Chrysostomus dicit, Non dicit Evangelio
; antequam duceretur in domum Sponsi,
etenim intus jam erat. Consuetudo enim sicut
veteribus, ut Sponse in Sponsorum dominib[us]
haberentur. Et ideo etiam Angelus dicit Jo-
seph: Ne timeas accipere Mariam conjugem
tuam, id est, non timeas nuptias ejus solemniter
celebrare. Lices ali dicant, quod nor-
dum erat in domum inducta, sed solum de-
sponsata. Primum tamen magis consonat
Evangelio.

Ad VIII. Aliqui dicunt, quod matrimonium
nondum erat contractum, quando Jose-
phus volebat dimittere Mariam, sed tan-
tum erant contracta sponsalia de futuro,
& tunc volunt hec fuisse Joseph eam
dimittere. At admisso quoque quod post
matrimonium contractum voluisset eam
dimittere; hoc tamen intelligebatur, si
vera fuisse suspicio, a qua angebatur Jo-
seph.